*Breue est praesentis uitae tempus, et ultima dies unicuique incerta; et cito rapimur ad iudicium. Qualis quisque tunc cupiat esse, talem se nunc tota uirtute exhibeat. Si quid peccati pro fragilitate carnis commiserit, abluat confessione, deleat poenitentia; ne damnetur in poena, sed coronetur in gloria. Habetis sanctos patres, qui uos genuerunt, adiutores, si illorum praeceptorum eritis factores. Sed et angelicae dignitates et omnium sanctorum agmina congaudent bonis uestris, desiderant uos socios habere suae beatitudinis; immo et ipse Deus, qui uult omnes homines saluos fieri, uobis aeterni regni praeparatam habet gloriam. Nolite uos propter desidia animi uel carnales delectationes aeternis fraudare bonis; sed magis omni studio intendite, ut Deum hic habeatis defensorem, illic remuneratorem. Qui uos proficere faciat in omni bonitate, et constituat immaculatos ante conspectum gloriae suae,*

Il convient de constater que ces extraits de la correspondance offrent, exemples pris parmi bien d'autres, des parallèles éloquents avec les *Vitae* écrites par Alcuin, posant par là même la question du statut de cette partie de son œuvre.

On peut considérer que les textes hagiographiques d'Alcuin, qu'il s'agisse ou non de réécritures, portent la marque d'une réflexion politique grandie au point de nourrir un idéal que la fiction présente dans un certain nombre de résumés ou de scènes, au sens où les entend la narratologie, comme par exemple le chapitre 6 de la *Vita Richarii* :

*Nec solum carnali refectioe ad se uenientes fouebat sed etiam spiritali solatio sanctae praedicationis reficere non cessauit. Et sicut miserorum idoneus ubique fuit consolator ita superbiorum durus castigator esse non timuit. Hos pietatis clementia eleuabat, illos seuerae inuentionis censura deprimebat. Nec terrena potestatis iram foris metuebat, quem timor interius diuinae potentiae totum corroborabat parui pendens diuitum minas ut praeco ueritatis existeret. Nec fuit arundo uento agitata ut eum aura humanae laudis uel detractionis commoueret, sed in arce solidae ueritatis consistens, ab humano ore secundum apostolum iudicari contempsit, uia regia incedens nec a dextris propter terrores potentium nec a sinistris propter blanditias adolantium declinans. Quapropter magnam plebem Domino Deo suo in hac praesenti prouincia adquisiuit et sibi honorem perpetuum promeruit.*

ou bien encore la confrontation entre Riquier et Dagobert<sup>42</sup> :

*Nam quodam tempore rex potentissimus Dagobertus rogante uiro illustri Ghislemaro eas deuenit in partes et uirum Dei uisitans ut seipsum sacrosanctis eius orationibus commendaret. Quem ipse famulus Dei utrumque et sanctitatis suae benedictione roborauit et sacerdotali auctoritate libera uoce castigauit, denuntians ei ne in saeculari superbiret potentia, ne in fugitiuis*

42. Cf. chapitre 11 de la *Vita Richarii* d'Alcuin, éd. C. Cosme, à paraître aux Edizioni del Galluzzo, SISMEL, Florence.

*speraret diuitiis, ne uanis adolantium extolleretur rumoribus, ne caducis gauderet honoribus sed magis Dei timeret potentiam illiusque immensam laudaret gloriam et humanam potentiam uel gloriam nullam putaret quae subito uelut uolatilis umbra recedit et uelut spuma super aquam uento temptationis flante euanescit et hoc magis timendo cogitaret quia potentes potenter tormenta patiuntur et cui plus datur plus exigitur ab eo. Et cui uix sufficit pro se solo rationem reddere Deo in die iudicii, quomodo supportare poterit rationem reddere pro tantis milibus populi sibi commissi? Idcirco quisque magis timere potest praeesse quam subesse quia qui subest pro se solo rationem reddet Deo; qui autem praeesst pro omnibus redditurus erit qui sub eius sunt potestate constituti. Qua castigatione rex ut fuit sapientissimus benigne suscepta congaudens eius libera ueritatis fiducia sacerdotem Christi secum ad conuiuia uenire rogauit. Qui, Christi confortatus exemplo saecularium non respicientis conuiuia ut praedicationis nancisceretur occasionem, uenit cum rege ad mensam suam totaque die illa et nocte inter epulas laetitiae uerbi Dei dapes salutiferas conuiuus suis ministravit. Cuius constantia morum et instantia praedicationis praefatus rex delectatus est, coepit eum animo amare et honore prosequi, in tantum ut ea ipsa die aliquid de censu suo ad luminaria domus Dei ei condonaret, ratum aestimans ut sicut ille inuisibili praedicationis lumine ab eo inluminatus est, sic uisibili luce per eum domus Domini inlustraretur et quod intus ei fulgebat in fide, hoc foris fulgesceret in ecclesia, memor praecepti dominici quo dicitur: «Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in caelis est item in psalmo»: «In lumine tuo uidebimus lumen», id est in lumine fidei quod fulget in mente lumen foris scintillat quod splendet in opere.*

Ce paragraphe<sup>43</sup> offre bien des réminiscences de thèmes développés par la correspondance d'Alcuin : on relève ainsi la mention d'une parole qui corrige :

*ipse famulus Dei utrumque et sanctitatis suae benedictione roborauit et sacerdotali auctoritate libera uoce castigauit*

à laquelle le pouvoir royal se soumet avec gratitude :

*Qua castigatione rex ut fuit sapientissimus benigne suscepta congaudens eius libera ueritatis fiducia sacerdotem Christi secum ad conuiuia uenire rogauit.*

l'entente parfaite entre l'*auctoritas* et la *potestas* signifiée par le partage d'un vocabulaire identique, celui de la lumière, pour définir ces deux versants d'un pouvoir d'origine divine :

*Cuius constantia morum et instantia praedicationis praefatus rex delectatus est, coepit eum animo amare et honore prosequi, in tantum ut ea ipsa die*

---

43. Nous avons eu l'occasion de commenter cet extrait dans un article intitulé « Littérature latine du haut Moyen Âge et idéologie politique. L'exemple d'Alcuin », *Revue des études latines*, 72, 1994, p. 192-207, ici p. 201.

*aliquid de censu suo ad luminaria domus Dei ei condonaret, ratum aestimans ut sicut ille inuisibili praedicationis lumine ab eo inluminatus est, sic uisibili luce per eum domus Domini inlustraretur et quod intus ei fulgebat in fide, hoc foris fulgesceret in ecclesia, memor praecepti dominici quo dicitur: «Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent patrem uestrum qui in caelis est item in psalmo»: «In lumine tuo uidebimus lumen», id est in lumine fidei quod fulget in mente lumen foris scintillat quod splendescit in opere.*

Le contenu de l'admonition enfin, présenté sous forme de *récit de paroles*, qui décline des thèmes souvent récurrents dans les lettres d'Alcuin :

*Castigauit, denuntians ei ne in saeculari superbiret potentia, ne in fugitiuis speraret diuitiis, ne uanis adolantium extolleretur rumoribus, ne caducis gauderet honoribus sed magis Dei timeret potentiam illiusque immensam laudaret gloriam et humanam potentiam uel gloriam nullam putaret quae subito uelut uolatilis umbra recedit et uelut spuma super aquam uento temptationis flante euanescit et hoc magis timendo cogitaret quia potentes potenter tormenta patiuntur et cui plus datur plus exigetur ab eo. Et cui uix sufficit pro se solo rationem reddere Deo in die iudicii, quomodo supportare poterit rationem reddere pro tantis milibus populi sibi commissi? Idcirco quisque magis timere potest praeesse quam subesse quia qui subest pro se solo rationem reddet Deo; qui autem praeest pro omnibus redditurus erit qui sub eius sunt potestate constituti.*

Le chapitre 9 présente du saint le portrait d'un héros guerrier, cuirassé de foi de pied en cap, *miles Christi* frère des figures épiscopales idéales de la correspondance. Ce chapitre peut être lu comme la mise en narration d'un condensé allégorisé des métaphores qui président le plus souvent à la présentation de la fonction des détenteurs de l'*auctoritas* :

*Sic uir Dei galea salutis indutus et gladio uerbi Dei accinctus et lorica iustitiae undique circumdatus et scuto fidei armatus calciatusque in praeparatione euangelii pacis processit in prelium publicum contra antiquum hostem omnia tela eius ignita fortissimo fidei umbone repellens cotidianisque triumphis spolia multa uicto hoste reportauit in ecclesia Christi tam metuendus humani generis inimico quam humano generi pernecessarius utpote qui non suam tantum sed multorum quaesiuit salutem.*

La lettre 311 de 802-804, à Ethelhard, archevêque de Canterbury<sup>44</sup>, montre bien l'écho apporté aux textes par la narrativisation de paraboles, en particulier ici celle du semeur, la reprise de thèmes chers à l'auteur, comme celui du *miles Christi*, la perspective eschatologique et sans doute anagogique de la lettre d'exhortation.

44. P. 479-481, ici p. 479.

*Hanc altissimam uicariamque apostolici honoris dignitatem diligentissime secundum sapientiam tibi a Deo datam, dulcissime pater, considera. Honora cum apostolo ministerium tuum, praedica uerbum Dei omni pietatis instantia. Messis quidem multa est, sed operarii pauci. Quapropter instantius laborandum est tibi, ut simul gaudeas cum seminantibus. Opus summum est sacerdotis praedicare uerbum Dei extirpareque de agro dominice possessionis peccatorum spinas; seminare mundissimum euangelicae ueritatis frumentum; nouare prius noualia et non seminare super spinas, ne forte erumpentem boni seminis herbam spineta scelerum suffocent. Ubi multae segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. Bos est bene laborans sacerdos in populo Christi, qui ueniet in exultatione portare manipulos suos ad horreum regis aeterni, qui eum oeconomum familiae suae constituit, ut det illis in tempore tritici mensuram. Beati, qui seminatis super omnes aquas. Aquae sunt populi, seminator uerbi Dei predicator est. Qui seruat uentum, numquam seminat. Qui timet terrenas potestates, tacet a predicatione ueritatis; habens locum regiminis, sed opus rectoris negans; luporum rabiei non resistens, sed mercennaria timiditate fugiens; transitorium metuens perdere honorem magis quam celestem nitens acquirere gloriam. Hos tales, si forte inueniantur in sede aecclesiasticae dignitatis, tua sanctissima, pater optime, fiducialiter censura castiget, ut solus de omnium habeas mercedem labore: quia tu solus pallii honore et clarissimae sedis dignitate omnes excellere uideris. Sit tua dextra sceptro equitatis armata et sinistra clipeo pietatis honesta. Illinc potentibus splendeat ueritas, hinc miseris auxilietur pietas, quatenus omnibus tuae auctoritatis prosit deuotio. Omnibus omnia factus cum apostolo, ut ex omnium salute tibi aeternae beatitudinis lucra multiplicentur.*

Ce que l'on retrouve dans les passages suivants de la *Vita Willibrordi* où le saint partage avec les évêques destinataires de la correspondance le modèle d'Aaron<sup>45</sup> et, comme eux, est stylisé sous les traits du *praeco ueritatis*<sup>46</sup>, même s'il est surtout présenté dans ces lignes comme le semeur de la Parole :

*5. Tricesimo itaque et tertio aetatis suae anno maior egregio uiro fidei flamma crescebat in pectore ita ut parum ei uidebatur sibi soli tantummodo in religionis sanctitate sudasse si non et aliis quoque in praedicationis ueritate prodesset. Audiuit in sanctitate sudasse si non et aliis quoque in praedicationis ueritate prodesset. Audiuit in borealibus mundi partibus messem quidem multam esse sed operarios paucos.*

*[...] uisum est uiro Dei Franciam contendere ac ducem illorum adire Pippinum, uirum strenuum, triumphis clarum et moribus probum. Qui eum cum omni honore suscipiens sed nolens tanto doctore se uel suam priuare gentem*

45. Cf. le chapitre 7 : *Eum ordinauit archiepiscopum ac ordinato nomen imposuit Clemens uestimentisque suis sacerdotalibus induit eum et sancto quasi superhumerali Aaron pallio dignitatis et indumenti confirmauit gloria.*

46. Cf. la confrontation au chapitre 11 entre Radbod et Willibrord : *Vocabatur uero uir sanctus ad regem et multum ab eo increpatus quare sua sacra uiolasset et iniuriam deo suo fecisset. Cui praeco ueritatis constanti animo respondit [...].*

*loca ei oportuna intra terminos regni sui praeuidens quo potuisset idolatriae spinas exstirpare et purissima uerbi Dei semina per munda noualia abundantius spargere ut impleret propheticum illud praeceptum: «Nouate uobis noualia et nolite serere super spinas.»*

6. *Cumque studiosissime uir Dei per loca singula discurrendo optatum euangelizandi opus exercuisset et semina uitae, supernae gratiae rore inrigante, longe lateque in agris multorum cordium ad eius praedicationem uberime pululassent, congaudens praedictus Francorum dux eius sanctissima deuotione et uerbi Dei clarissima multiplicatione [...]*

12. *Qui in eius laetatus aduentu rogauit eum destinato uerbi Dei opere insistere, eradicatisque idolatriae spinis, uerbum Dei instanter per loca singula serere.*

La lettre 310 de 801-804, à l'évêque Rémi<sup>47</sup>, recourt à un verset de Matthieu très célèbre, Mt 25, 21, que l'œuvre hagiographique reprend et met en scène, comme le signale le chapitre 14 de la *Vita Richarii* :

*Sint uerba tua sale sapientiae condita, ut de te uerissime dicatur: «Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo»; qui multiplicatis dominice pecunie talentis Domino suo occurrere dignus habeatus, et audire uocem desiderabilem: «Euge serue bone et fidelis, intra in gaudium domini Dei tui.» Properat enim dies ultimus, et tacito pede fessa senectus ingreditur cubile nostrum; stat ad ostium qui pulsat, si leto animo aduentum ipsius suscipiamus. Dies sunt pauci laboris nostri, sed bene laborantem sequitur merces sine numero dierum, eius ordinatione, qui ordinat diem aeternum, secundum merita singulorum; in cuius domo mansiones multae sunt; sed hae omnes diuitiis felicitatis et gloria beatitudinis sunt plenae, ubi sancti post huius uitae sudorem aeterna pace fruuntur; qui nostrum de supernis sedibus expectant agonem, desiderantes ex nobis augeri numerum suum, quo tu properans, beatissime pater, meque precibus tecum rapere secundum fidelissimas promissiones tuas satage, ut corona gloriae tuae mihi proficiat, Christo donante, in perpetuam miserationis Dei salutem.*

On peut enfin lire en les confrontant l'un avec l'autre le dernier chapitre de la *Vita Richarii*, où le saint apparaît à son disciple pour lui montrer la maison que le Christ lui a préparée, et la lettre 297 de 796-804, envoyée à l'abbesse Regnoïda<sup>48</sup> :

*Quid est enim uita hominis in hoc mundo, nisi ut seruiat Deo et ex huius nostri operis effectu eternam sibi prosperitatem promereri contendat? Quicquid enim in hoc saeculo amatur uel uisibile uidetur, omnia enim recedunt et quasi umbrae uel fumus euanescit. Tantum quod pro Deo quisque agit, hoc perpetualiter manet in mercede superna. Unde Deo seruiens semper praeuidere debet, quid cotidianis diebus in Dei seruitio peragat uel in elemosynarum*

47. P. 479.

48. P. 456.

*largitione uel in humilitatis officio uel in obedientiae puritate uel in orationis uigilantia. Multis enim modis potest homo aeternas sibi praeparare habitationes et qualiter quisque laborat, taliter accipiet remunerationem. Si quis mille annos in hoc saeculo uiuere potuisset, hoc nimium breue esset, quasi unius diei momentum ad comparationem aeternitatis. Ideo uera est sapientia, ut quisque se ipsum considerans, dum uolens dum nolens aeternus erit, ut aeternam sibi ex hoc breui labore comparet requiem. Unusquisque tunc cupit habere, quod nunc adipisci per gratiam Dei poterit, sed sic quisque habet, quomodo laborat. Qualiter tunc in illa uita cupiat habere, hoc in hac preuideat. Per huius uitae sanctitatem in aeternam poterit quisque peruenire beatitudinem. Unusquisque sibi ipsi laboret, quia pro se ipso rationem reddere habet in conspectu altissimi. Nam hinc memor; sanctissima mater et dulcissima Dei ancilla, totis uiribus et tota intentione tibi praepara aeternae gloriae cum sanctis Dei beatitudinem, ubi omnis aeterna est laetitia et aeterna est beatitudo, in quam te dominus Deus cum subiectis sororibus tuis perducere in sua misericordia dignetur, dulcissima mater.*

Le chapitre 14 de la *Vita Richarii* offre ainsi la vision de la demeure qui attend les ouvriers de la moisson :

*Sed mirum dictu inter exequia paterna subito discipulus sopore oppressus uidit in uisu quasi raptus esset in aulam splendidissimam omnique decore pulcherrimam, immo solis luce clariorem in qua beatum Richarium praeclaro et hilario uultu uidit habitantem sibi loquentem: « Ecce frater Sigobarde, qualem mansionem praeparauit mihi Deus: pro uili quam habui in terra pulcherrimam in caelo, pro contemptibili gloriosam, pro obscura lucidissimam et pro fumosa omni suauitate renitentem. » Qui euigilans laetior opus exequiarum perfecit Deo prouidente ut filius consolaretur et patris gloria ostenderetur. Conditus est, ut praedixi, miles Christi ubi suo regi maxime militabat.*

La mise en scène, loin de déplacer dans le champ de l'utopie la question, acquiert une épaisseur supplémentaire, lorsque l'on songe à la pratique vécue par Alcuin lui-même, clerc aux côtés d'un souverain dont l'itinéraire personnel, jusqu'au couronnement impérial qui en est le terme, pourrait être lu de prime abord comme la détention d'un pouvoir exceptionnel. Nous avons déjà évoqué cet aspect ailleurs<sup>49</sup>. Nous aimerions ici étudier plus spécifiquement la question du point de vue d'Alcuin.

---

49. Cf. *Revue des études latines*, art. cit.

ALCUIN ET CHARLEMAGNE : DE LA THÉORIE À LA MISE EN PRATIQUE  
DE LA *POTESTAS*

Chez Alcuin, théorie et pratique du pouvoir semblent intrinsèquement liées. La correspondance est dictée par un impérieux devoir de parler et d'exhorter. En témoigne la lettre 18 qu'Alcuin envoie au roi Ethelred et à ses grands en 793. Le propos de l'épistolier s'interrompt brusquement pour faire place à cet avertissement<sup>50</sup> :

*Non solum uos, uiri clarissimi et filii carissimi, his meis ammoneo litterulis. Sed et omnes dilectae gentis principes et diuersarum dignitatum nomina, seu ecclesiasticae pietatis ordines seu saecularis potentiae sublimitates, communi caritatis intuitu, quasi alumnus uestrae dilectioni deuotus, deprecor Dei diligentissime oboedire praeceptis, praedicatoribus salutis uestrae subditos esse. Illorum est, id est sacerdotum, uerba Dei non tacere. Vestrum est, o principes, humiliter oboedire, diligenter implere. Regis est omnes iniquitates pietatis suae potentia obprimere; iustum esse in iudiciis, pronum in misericordia — secundum quod ille miseretur subiectis, miserebitur ei Deus — sobrium in moribus, uericum in uerbis, largum in donis, prouidum in consiliis; consiliarios habere prudentes, Deum timentes, honestis moribus ornatos. Oportet eum non cupidum esse alienae hereditatis, non auarum, non uiolenter rapientem; dicente apostolo: «Neque fures, neque auari, neque rapaces regnum Dei possidebunt». Multi uero per rapinas et iniquitates colligere gestiunt; et nesciunt, quod utrumque propter auaritiam iniquam et terrena cito perdunt bona et caelestia numquam adquirunt. Et saepe per rapinas propria amittunt; quia Deus gemitum exaudit oppressorum.*

La plupart du temps, c'est au nom de l'amitié en Jésus-Christ que le destinataire justifie sa prise de parole; ainsi en va-t-il dans la lettre 108 envoyée à Eardulf, nouveau roi de Northumbrie<sup>51</sup> :

*Memor antiquae inter nos condictae amicitiae, etiam et uenerandae salutationis uestrae ualde congaudens, paucis litterarum apicibus uestram laudabilem personam de prosperitate regni tibi a Deo conlati et de salute animae tuae ammonere curauit, et quo modo stabilis tibi traditus honor Deo donante permaneat.*

*Scis optime, de quibus te diuina misericordia liberauit periculis et quam facile te, dum uoluit, prouexit in regnum. Esto semper memor et gratus tam maximorum in te Dei donorum; in eo maxime, ut, quantum intellegere ualeas, illius in toto corde facias uoluntatem et sis oboediens seruis Dei, qui te de mandatis eius ammoneant. Scito certissime, quod nullus alius tuam uitam conseruare potest nisi ille, qui te de morte liberauit praesenti, nec isto protegere et custodire honore nisi ille, qui gratuita pietate istam concessit*

50. P. 51.

51. En 796; cf. p. 155.

*dignitatem. Serua diligenter in animo tuo misericordiam et iustitiam; quia, Salomone dicente ac magis Deo concedente, misericordia et iustitia firmabitur solium regni. [...] Erudi te ipsum primo in omni bonitate et sobrietate; postea gentem, cui praeesse uideris, in omni modestia uitae et uestitus, in omni ueritate fidei et iudiciorum, in obseruatione mandatorum dei et honestate morum. Sic itaque et regnum tibi firmabis et gentem saluabis et ab ira Dei liberabis illam, quae certis signis diu imminebat illi.*

*[...] Tu uero, ad meliora ut credo seruatus tempora et ad correctionem custoditus patriae, Dei te auxiliante gratia, operare omni intentione in Dei uoluntate salutem animae tuae et prosperitatem patriae et populi tibi commissi; quatenus ex correctione subiectorum dicioni tuae tibi tuisque nepotibus praesens feliciter firmetur regnum et futuri regni gloria aeternaliter concedatur.*

Or, les documents officiels produits par l'entourage de Charlemagne répercutent les thèmes alcuiniens. Le devoir de parler apparaît en effet très clairement dans les prescriptions que comporte la lettre 3, qui est le texte du Synode de Northumbrie de 786 auquel Alcuin a participé<sup>52</sup> :

*Si presules ecclesiarum silent propter timorem aut amicitiam secularem [...] cur magis non pertimescunt principem principum, regem regum, dominum dominantium? [...] Denique sicut superius episcopis intimauius, auctoritate diuina fiducialiter ac ueraciter absque ullo timore uel adulatione loqui uerbum Dei regibus, principibus omnibusque dignitatibus, numquam ueritatem subterfugere, nulli parcere, neminem iniuste damnare, neminem sine causa excommunicare, omnibus uiam salutis tam uerbis quam exemplis demonstrare: ita quoque reges et principes admonuimus, ut obediant ex corde cum magna humilitate suis episcopis, quia illis clauae caeli datae sunt, et habent potestatem ligandi atque soluendi, ut scriptum est: « Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi, presbyteros tuos et dicent tibi. » Et alibi apostolus: « Obedite praepositis uestris tamquam Domino, ipsi enim uigilant pro uobis, quasi pro animabus uestris rationem reddituri. » Dominus ipse doctoribus ait: « Qui uos audit, me audit, qui autem uos spernit, non spernit uos, sed eum, qui misit uos. » Item per prophetam: « Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. » Igitur si angeli sacerdotes appellantur, a secularibus iudicari non possunt, ut apostolus ait: « Mihi autem pro minimo est, ut a uobis iudicer, aut ab humana die: qui autem iudicat me, Dominus est. » Item per psalmistam: « Et corripuit pro eis reges, ita dicens: Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari. » Item apostolus: « Nescitis, quoniam angelos iudicabimus? Quanto magis secularia », quia sicut reges omnibus dignitatibus praesunt, ita et episcopi in his, quae ad Deum attinent. [...] habeantque reges consiliarios prudentes, Dominum timentes, moribus honestos, ut populus bonis exemplis*

---

52. P. 21 et 23.

*regum et principum eruditus et confortatus, proficiat in aludem et gloriam omnipotentis Dei.*

Dans la lettre 198 de 800, adressée à Charles, Alcuin revient en ces termes sur son rôle auprès du souverain franc<sup>53</sup> :

*Dum uestrae potentiae gloriosam sublimitatem non periturae Chaldeis flammis Hierusalem imperare scio, sed perpetuae pacis ciuitatem pretioso sanguine Christi constructam regere atque gubernare, cuius lapides uiui de caritatis glutino colliguntur et caelestis aedifici ad altitudinem ex diuersis uirtutum gemmis muri consurgunt — de qua psalmista ait: « Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob »; et alibi: « mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni » — unde ego, minima quaedam huius ciuitatis portio, sub tegmine pietatis uestrae constitutus, ad iocunditatem animi uestri debita seruitute saepius litterulas dirigere studeo, officiale deuotionis nostrae munus, non necessarium abundantiae uestrae; cupiens uulnerati animi maerori per uestrae consolationis benignitatem mederi. Quia saepius probaui familiarem manusetudinem sublimitatis uestrae humilium doloribus conpati.*

Mais c'est surtout dans la trentaine de lettres envoyées au souverain franc qu'il met en pratique sa *libertas praedicandi* : dans son éloge de Charlemagne affleurent en permanence le rappel de l'assise divine de la *potestas* du souverain<sup>54</sup> :

*dum dignitas imperialis a Deo ordinata ad nil aliud exaltata esse uidetur, nisi populo praeesse et prodesse*<sup>55</sup>,

l'importance du *rationem reddere* et du jour du Jugement, comme le signale la lettre 121<sup>56</sup> :

*Haec est, o dulcissime Daud gloria laus et merces tua in iudicio diei magni et in perpetuo sanctorum consortio, ut diligentissime populum, excellentiae uestrae a Deo commissum, corrigere studeas, et ignorantiae tenebris diu animas obcaecatas ad lumen uerae fidei deducere coneris. Numquam optimis uoluntatibus uel bonis conatibus remuneratio diuina deerit; sed qui plus laborat in uoluntate Dei, plus mercedis recipiet in regno Dei. Tempus huius uitae uelociter currit fugit et non reuertitur; ineffabilis uero Dei pietas humano praeuidebat generi breuiter laborare et aeternaliter coronari. Ideo pretiosa nobis debent esse tempora, ne perdamus per neglegentiam, quod per bonae uitae exercitium habere poterimus aeternum. Nec tantum diligere aliquid poterimus in terra, quantum beata amabitur requies in caelo. Quam*

53. P. 327.

54. Cf. notre article consacré à « L'image de Charlemagne dans la correspondance d'Alcuin », Actes du colloque international de Grenoble-III, 1998, organisé par I. Cogitore et F. Goyet, à paraître.

55. Cf. lettre 257 de 802, p. 414.

56. P. 176.

*qui tunc habere concupiscat, bonis nunc operibus promereri contendat. Omnibus itaque communiter regni caelestis ianua patescit, sed illis intrare conceditur; qui cum multiplici bonitatis fructu ad eam uenire festinant.*

C'est toutefois en se faisant le défenseur de l'orthodoxie de la foi, comme il le recommandait aux ecclésiastiques, qu'il actualise au mieux la définition de *defensor* qu'il donne du détenteur de l'*auctoritas*.

Alors que se pose le problème de l'hérésie adoptianiste, la lettre 202 offre un excellent exemple de la coopération entre *auctoritas* et *potestas* à propos d'une question d'orthodoxie, et met en lumière l'application, par Alcuin, à ses propres relations avec le souverain de préceptes prônés à l'intention de ses correspondants clercs<sup>57</sup> :

*Laudabilis bonitas atque incomparabilis iocunditas uestrae excellentiae fiduciam meae praestitit paruitati scribendi aliquid de causis ecclesiasticis uel de disciplinis scolasticis. Quod nullatenus agerem, nisi scuto bonae uoluntatis uestrae ab inuidorum linguis meae litterulas oboedientiae protegendas sperarem. Quia quorundam solertia laborat magis aliorum in occulto rodere dicta, quam sua in publico proferre. Quorum scientiam Salomon serpenti in abscondito mordenti comparauit.*

*Vestro uero nulli contempnenda auctoritas nostrae deuotioni mandauit contra nouas hereticae paruitatis inuentiones aliquid scribere atque libello respondere, quem contra nos Felix quidam episcopus uestrae direxit auctoritati; in quo multa inueniuntur non catholico stilo exarata, sed contra ueritatem apostolicae fidei inaniter desudata. Cui labori, uestrae magis pietatis iussione animatus quam propriae confisus peritiae iuuamine, libenter succubui. Et licet nullus se iuste excusare ualeat a defensione fidei catholicae, tamen sanctae uoluntatis uestrae praeceptum meae deuotionis stilum huius operis debitorem maxime effecit. Quod totum uestrae excellentissimae sapientiae specialiter exspectat iudicium, utrum ecclesiasticis dignum sit auribus aperire.*

*Nam istum libellum in disputatione, quae in uestra ueneranda praesentia cum Felice uentilata est, praesentem habui. Sed quia nec adhuc ante uestram perlectus est sapientiam, nec a uobis, cui maxime sudauit, conprobat, ratum duxi publicis non efferi auribus.*

*Nunc uero uestra uideat auctoritas, quid de eo fieri uelit. Tantum deprecor, ut nullatenus prius uel abiciatur uel in publicum proferatur, quam totus inter familiares personas uestrae auctoritatis examini perlegatur. Multis enim in locis minus ordinata disputatione currere et sepe antedicta repetere solutasque uidetur iterare sententias. Quia in omni loco proponentis quaestionibus necessario respondendum fuit; ne aliquo aduersarius in loco suas iactet propositiones permanere indiscussas, et ego quasi uictus non haberem quid responderem; Igitur plurima copioso, sed non scolastico, sermone sanctorum patrum exempla praefatus disputator colligere studuit; quorum quaedam sibimetipsi ualde*

57. Cf lettre 202 de 800 adressée à Charles, p. 335.

*aduersari uidentur; quaedam nihil suis fauere partibus intelleguntur; quaedam prauo sensu aliter, quam ab eis posita sunt, interpretaere nititur.*

De même, Alcuin applique à sa personne le vocabulaire guerrier que nous avons eu l'occasion de relever dans les missives adressées à ses correspondants laïcs ou ecclésiastiques ; Félix d'Urgel est campé en prédateur du troupeau du Seigneur, dévoyant son *auctoritas* épiscopale. La lettre 203 de 800, envoyée à Charles, mentionne les auteurs auxquels Alcuin recourt pour appuyer sa réfutation des théories de Félix d'Urgel<sup>58</sup> et fait, du champion de l'orthodoxie qu'est Alcuin en face de Félix, celui qui tient le camp de la vraie foi :

*Si ergo me quis reprehendere uelit uel meos sensus improbo dente rodere, horum testimoniis sanctorum patrum conuictus ueritati succumbere necesse erit; nec errare putandus est qui cum talibus intra catholicae fidei castra moratur.*

## CONCLUSION

Ainsi voit-on s'élaborer une réflexion sur le contenu de l'*auctoritas* qui procède par ajustements successifs. Les lettres d'Alcuin témoignent d'une attention constante portée aux rapports que doivent entretenir grands et religieux. Dans la reprise de formules et de thèmes, c'est moins une technique de réécriture qui se fait jour que la mise au point d'une pensée qui s'enrichit au contact d'une pratique de l'*auctoritas*. L'accession à la dignité impériale de Charlemagne, les tribulations du peuple anglo-saxon, les déboires de la papauté, la réapparition de l'hérésie trinitaire de l'adoptianisme sont autant d'occasions pour Alcuin de mettre à l'épreuve de la réalité des théories exposées en des lettres où pensée et action se mêlent, la lettre étant le lieu de l'exposition en même temps que l'actualisation de la réflexion exposée, ou des récits hagiographiques où la pensée s'incarne dans des actes prêtés à de saints personnages, subissant en quelque sorte une idéalisation. C'est dire en d'autres termes que la notion de *réflexion* s'entend ici aussi comme *reflet*.

---

58. Cf. lettre 203 de 800, p. 336-337.